anno Siculi rebellauerunt contra regem interfectis multis Gallorum, qui erant.[1] In Panormo enim succensa est primo stupenda rabies; propter enormitates enim Gallorum cunctos inibi comorantes, mares et feminas et senes et pueros morti tradunt, et quod est magis horrendum ceteras mulieres impregnatas[+] a Gallis scindunt, ut fetus interimant. Tunc rex Aragon(ensis)(um)[++] cum suo nauigio[T] venit in Affricam versus Yponam, que hodie Buona volgariter appellatur et aplicuit apud Anitolem[+] villam nobilem in Numidia et aliquas regiones vastauit. Inde transit in Sardiniam et prope castrum Castri[+] aplicat ibique sua nauigia restaurat et necessaria parat.

Rex quoque Karolus exercitum magnum parat Apulorum[1], Prouincialium Gallorum, Ytalicorum et cum ipso in Syciliam transit. Messanam obsidet, quam capere potuisset, sed omisit timens terre destruccionem,

[1] folgt in Rasur. num.

[+] das s mit anderer Tinte nachträglich angefügt C.

[++] aragonu C.

[T] naui auf Rasur, am Rande (durch[?]) vadit (vadit?)

[+] Anicolem C, auf num. fest.

[+] Castro num.

[1] der 2. Schaft des u oben durch ein Loch beschädigt C.